



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLIII. De Tribulatione Fratrum post Conflictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XLIII.

De

*Tribulatione Fratrum post Con-
flictum.*

PROPTER hanc stragem fratrum Svantepolcus gavisus est gaudio magno valdè, & apponens iniquitatem super iniquitatem suam, addensque dolorem super dolorem vulnerum fratrum, nitebatur modis, quibus potuit, qualiter populum eis subiectum in summa necessitate constitutum ab ipsis averteret & ad voluntatem suam perfidam precibus & muneribus inclinaret, & licet aliqui ab eo corrupti essent, & ad ipsius beneplacitum occultè inclinati; tamen DEI providentiâ & fratrum discretione provisum fuit, quod nullus audebat talia publicè ostentare. Et sic ejus machinationibus in nihilum redactis, in malo suo proposito non profecit.

CAP. XLIV.

De

*Pace iterum reformata & destructa,
& de adificatione castri Santirvi.*

SVANTEPOLCUS Dux Pomeraniæ prædictus cum in hac callida Stentatione non proficeret, invenit aliam graviolem, æstimans indubitanter, tunc tempus aptum & diu desideratum advenisse, in quo posset sine alienjus resistentia illam modicam scintillam Christi fidelium, quæ residua mansit, post ultimum conflictum extingvere penitus & delere, & congregavit duo Millia virorum prælectorum in armis, & transiens Wisselam navigio intravit

ter-